

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Creacio siue creator d  
cum fonte primo

Non est fas angelos neque bonos neque malos putare creatores.

Augustinus libro III. de trinitate capitulo VII.

Sicut ergo nec parentes dicimus creatores hominum  
nec agricolas creatores frugum, quamuis eorum extrinsecus  
adhibitis motibus ista creanda dei uirtus interius operetur,  
ita non solum malos sed nec bonos angelos fas est putare creatores  
si pro subtilitate sui sensus et corporis semina rerum istarum nobis  
occultiora nouerunt et ea per congruas temperationes elementorum  
latenter spargunt atque ita et gignendarum rerum et accelerandorum  
incrementorum praebent occasiones.

Augustinus Hipponensis, *De trinitate*, 3.7 (CCSL 50, W.J. Mountain  
ed., p.141, ll.59-67).